

pedimentum quin possent facere penitentiam. Septima differentia pugnatorum illorum. sunt victores qui portant victualia arma et medicinas. Sicut in bello christi sunt prelati ecclesie et ecclesiastici qui habent curam animarum qui portant arma. Ideo si aliquis in bello perdit scutum ieiunij. ecclesiastici debent sibi dare scutum animam do ipsum ad ieiunandum vbo et exemplo. Idem de pileo ferreo orationis et de lancea confessionis. Item portant medicinas sacramentorum. unde vulnerato ex supbia apponit stupam humilitatis. Idem de alijs reuertantini ad plium. Item portant victualia scilicet cibum et potum. scilicet corpus et sanguinem christi et dant debilibus et fessis. Quibus dicit christus. pascite eum qui in nobis est grebem christi dei. scilicet. psalmus. v. Ecce quare dicit thema. Fortis armatus scilicet plus christianus custodit atrium suum scilicet bonam vitam et penitentiam. Et isto modo faciendo habebitis coronam in paradiso. Ecce ergo bellum nostrum ordinatum et quomodo poterimus perfidere de victoria. Deo gratias.

Dominica tertia quadragesima. Sermo secundus.

Extollens vocem quedam mulier de turba. Luc. xj. Verbum istud ad litteram intelligit de quadam muliere deuota christo iesu. Sed ego uolo aliter declarare verbum istud. et faciam duos tractatus. Primus. scilicet. que est vox ista quam mulier leuauit. Secundo. quomodo leuauit istam vocem. Ista mulier est ecclesia et probo per rationem. quia omnia naturalia que habet mulier habet ecclesia videlicet concipere parere lactare etc. Primo habet officium concipiendi pueros de sponso suo qui est iesus christus. et quis est venter ecclesie est fons baptismatis et sic concipit in utero et ex ea nascit. Secundum officium est nutrire. Ecclesia nutrit nescios christianos. Unde Paulus in persona ecclesie. Tanquam puulus lac vobis potum dedi in christo non escam. scilicet. Cor. iij. Sancta mater ecclesia habet duas mamillas. Dextera est nouum testamentum. sinistra est antiquum. et cum ista nutrit christianos bonis doctrinis. Secundo tractat quomodo mulier leuauit vocem. Dico quod fecit in collectione ecclesiasticorum sacramentorum. Nam in quolibet sacramento ecclesie est necessaria vox verbalis. alias non esset sacramentum. de hoc habemus prophetiam. psalmus. xxviii. Vox domini super aquas etc. vbi ponit septem vicibus vox domini. vbi notat septem sacramenta ecclesiastica. Primum est baptismus. vox domini super aquas. Secundum est confirmatio. vox domini in vniuersitate. Tertium est eucharistia. vox domini in magnificentia. Quartum est penitentia. vox domini confringentis cedros. Quintum est matrimonium. vox domini itercedentis flammam etc. Sextum est ordo. vox domini cocuictis desertum etc. Septimum est extrema unctio. vox domini proparans ceruos etc. Ecce sacramentum

septem. Sicut enim in christo sunt verbum patris eternum et materia corporis. sic in quolibet sacramento sunt duo verbum. scilicet. et materia. Unde Augustinus. Accedit verbum ad elementum et fit sacramentum. Unde David dicebat quod vox domini debebat venire super aquas. et iterum in magnificentia etc. Prima vox est vox domini super aquas. ecce baptismus. vox domini est forma. scilicet. ego baptizo te in nomine patris et filij etc. nec aliquid diminuendum neque addendum nec mutandum est que de celo et a christo portata est. ergo mulieres que baptisant bene attendere debent quia periculum est. Nota exemplum de quodam magistro in theologia qui cum predicasset et descendisset de cathedra. venit quedam vetula ad eum et accepit manum illius osculando dicebat. benedicta dies in qua baptisauit vos in nomine sancte trinitatis et beate marie et omnium angelorum. Dicit ille magister. ego non sum baptisatus et fecit se baptisari. ideo non mutetis vocem istam quam docuit suos discipulos christus dicens. Euntes in mundum vniuersum docete omnes gentes baptisantes eos. in nomine patris et filij et spiritus sancti. Mar. xlii. Nota que re dicit. vox domini super aquas. et non dicit ante aquas nec retro aquas. Attendat hic presbyteri quod vox fiat super aquas videlicet quod non proferat vocem verborum forme antequam infundatur aqua. sed simul proferendo verba sacramentalia aqua debet infundi vel baptisandus immergi. quia si primo dicantur verba et post infundatur aqua tunc vox domini erit ante aquas. et conuerso si primo infundatur aqua et post dicantur verba. tunc erit vox domini post aquas tunc est verum sacramentum si prius vel posterius fiat. sed tantum posset tardari vel anticipari quod nihil valeret. quia verba et aqua debent esse simul iuncta. Unde sicut si anima hominis sit ab vna parte et corpus ab alia non est homo. Ita si dicantur verba baptismi. ante vel post est periculum. ideo materia scilicet aqua et forma scilicet verba debent iungi ut sit verus baptismus. Unde christus Johis. iij. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu etc. non dicitur ex aquis. Vox domini super aquas in plurali. Nam certum est quod baptismus non potest dari nisi in vna specie aque scilicet naturali quia non potest dari in aqua artificiali sicut in aqua ardenti. vel rosacea. quare ergo dicitur hic super aquas. Item forma non est nisi vna. ergo nec materia. Unde confiteor vnum baptismum. Responsio. due sunt rationes. vna est litteralis alia moralis. Litteralis est. quia fuerunt aliqui heretici qui dixerunt quod baptismus non valebat nisi in aqua fluminis iordanis. Ideo David ad ostendendum quod non solum in aquis fluminis potest fieri baptismus sed in omnibus aquis naturalibus. Ideo dicitur aquas in plurali. Cui concordat Beda dicens. venit christus ad aquas ut tactu sue mundissime carnis virtutem regenerationis tribueret aquis omnibus scilicet aquis naturalibus. Secunda ratio quare dicitur super

aquas multas. quia sunt ibi scz in baptismo. vij. riuu maiores q̄ aque de toto mundo que sunt se/ptem dona sp̄s sancti. Nota dona ⁊ his lauatur anima ⁊ aqua naturalis lauat exterius. **Jō** Bauid ad declarandū istas aquas. dicit **Vox** domini sup aquas. s. dona sp̄s sancti. **Secūdo** dicit vox dñi in virtute. **Ecce** sacramentū confirmationis ⁊ nō potest dari nisi p̄ ep̄m. **Ideo** est questio i iure ⁊ i theologia. **Utrū** papa possit dare auctoritatem simplici sacerdoti administrandū istō sac̄m ⁊ cōcordant q̄ nō nisi ep̄iscopis. **Vox** istī sac̄ramenti est quādo ep̄scopus dicit. **consigno** te signo sancte crucis confirmo te crismate salutē in nomine patris ⁊ filij ⁊ sp̄s sancti amen. **Ideo** dicit vox dñi in virtute. quia istud sac̄m cōfirmationis continet q̄nq̄ virtutes. **Prima** est q̄ confirmatus sit fortis in fide. **Unde** tempe antixpi simpliciter baptisati ⁊ nō confirmati cadent abnegādo fidem xpi. cōfirmati vero stabunt firmi ⁊ stabiles contra antichristū pugnando. **dicēdo** antichristo. **Vade** ribalde volo tenere firmā fidē xpi. **Istā** constantiam nō habēt nō cōfirmati. **Secūda** virtus hui⁹ sac̄ramēti est q̄ dat grām dei non fictē venientibus ⁊ nō obstinatis. ⁊ si recipiat hoc sacramentū in gratia augmentat recipiendo. ⁊ si nō habet nouiter sibi datur in remissionē peccōrū. **Tertia** virtus. quia dat vnū signū quod est indelibile. ⁊ vocat̄ character qui indelibiliter in anima manet. **Quarta** virtus est. quia cōfirmatus erit in altiori honore in paradiso q̄ nō cōfirmatus. sic i curia regis magis honorant milites q̄ rutheri. sic in curia regis christi magis honorant cōfirmati q̄ alij. **Et** ideo existētes in paradiso dicent. **Quis** ille est cōfirmatus ⁊ nō ille. ⁊ hoc cognoscent in signo sicut miles cognoscit p̄ aliqd̄ signū ab alijs nō militibus. sic cōfirmati a nō confirmatis. **Quinta** virtus. quia habent duas coronas. baptisati vero tm̄ vnam. **Ecce** vox dñi in virtute. **Et** de ista virtute dicit sapiens. **hec** est virtus dei que vocat̄ magna. **Ideo** si nō estis confirmati faciatis vos confirmari ⁊ habebitis supradictos quinq̄ effectus. **Et** de isto loquit̄ **Jōh.** apocal. vij. **Vidi** alterū angelū ascendētē ab ortu solis habētē signū dei viui ⁊ clamauit voce magna quatuor angelis quibus datū est nocere terre ⁊ mari di. noli te nocere terre ⁊ mari neq̄ arboribus quousq̄ signemus seruos dei nostri in frontib⁹ eorū. **⁊c.** **Nota** alterum angelum. nō simpliciter dicit̄ angelū ⁊ hic ep̄s dei angelus dicit̄ alter. quia notat similitudinē. vt bon⁹ frater p̄dicator dicit̄ alter dominicus. sic bonus ep̄s tenens vitā angelicam. dicit̄ alter angel⁹. **Et** sequit̄ habentē signū dei viui. quia ep̄i debent signare pplm̄ dei p̄ loca vbi transeunt. sed signanter portāt signum dei viui i confirmatione. **Ideo** dicit̄ signemus suos dei in frontib⁹ eorū. **Nota** in frontib⁹ in plurali. qz ep̄s signat extra ⁊ sp̄s sanctus signat intra in anima.

Ideo nō dicit̄ signabo sed signem⁹. **Tertia** vox ē vox dñi in magnificentia. **Ecce** sac̄m altaris. vox dñi est forma cōsecrationis. **Nota** modum quē debet tenere sacerdos quādo vult cōsecrare debet em̄ tenere hostiam bassam duplici ratione. **Prima** ne gētes adorent an̄ p̄secrationē qz sic essent idolatre. **Secūda** quia sm̄ cōem opinionē xps fuit crucifixus in terra plana. **Nota** in magnificentia. qz licet fuerit magnificentia in incarnatione ad vrbū virginis. qm̄ dixit. ecce ancilla dñi. ⁊c. filius dei descendit in vterū suū. **ma**⁹ tm̄ qd̄ de⁹ fecit siue qd̄ faciet ē q̄ deus homo factus est p̄fectionem dans in suis opibus. **Dic** similitudinē de forma sperica que nō est p̄fecta quousq̄ finis iungatur p̄ncipio. sic cū homo fuit vnitus deo suo p̄ncipio tunc homo fuit de⁹ ⁊ de⁹ hō. ⁊ tūc ibi p̄fecta sūt opa. sic imo excellentior est magnificentia in cōsecratione in pluribus q̄ in incarnatione. **In** primo quia sicut ad verbū virginis celum se apuit ⁊ fili⁹ dei descendit in virginis ventrē. sic ad vocem sacerdotis aperit̄ celū ⁊ filius dei venit in hostiam. **Unde** **Greg⁹** in. iij. dialo. ⁊ habet̄ de p̄se. di. ij. **Quis** vbi sic dicit̄. quis fidelū dubiū h̄re possit in ipsa imolationis hora celos apiri ad voces sacerdotis atq̄ i illo iesu xpi mysterio angelicos choros adeē ⁊ sūma imis sociari ⁊ trena celestib⁹ iūgi. s. qz habem⁹ lippos oculos ex peccatis non videmus angelos cum xpo existentes in altari licz multi sancti eos viderunt. **Dic** cur⁹ vite debet eē sacerdos. vt habet̄ extra de vita ⁊ honestate clericorū in multis capitulis. **Secūda** excellentia q̄ filius dei descendit in vtero virginis sol⁹ sed in altari nō. **Item** virgo semel aperuit celū clauē lingue sed sacerdos in qualibet missa. **Ite** lingua virginis ad instar clauis fecit octo reuolutiones scz dicendo octo verba anteq̄ deus descendit in vtero suo. sed sacerdos facit tantū quinq̄. **Item** in vtero virginis descendit mortalis ⁊ passibilis s̄ in hostia p̄ oppositū. **De** ista excellentia dicit̄ dauid. **Cōfessio** ⁊ magnificentia opus iusticia eius manet. ⁊c. memoriā fecit mirabilium suorū misericors ⁊ miserator dñs escā dedit timētibus se. ps. cx. **Nota** ad l̄raz loquit̄ de isto sac̄o. **Nota** confessio scz sacramentalis debet p̄ire magnificentiā. i. hoc sacramentum vel in damnationem anime sue celebrat si est sibi cōsciū alicuius peccati mortalis ⁊ copia assit p̄fessoris. de q̄ vid̄ sc̄m **Tho.** ⁊ alios doctores in q̄rto dif. x. vij. **Nota** escam dedit timētibus se. s. nomen suum. **Nota** memoriā fecit mirabilium suorum. quia est mirabile quod fecit de⁹ ⁊ quod faciet ⁊c. **Quarta** est vox domini confringentis cedros. **Ecce** sacramentum penitentie de monte altissimo libani. qz cedri sunt peccata facta in altissimo monte superbie. quia omnia peccata reducuntur ad montem superbie. **Unde** auaricia est supbia. scz nolle obedire ordinationi dei ⁊ ecclesie non con/

Feria secunda post Oculi

fieri nec sic de alijs Idē dedit et ordinauit regulā quō debemus nos regere in diuitijs . de bono iusto recipere necessitatē et nō supfluitatē . iniusta restituere . s̄ auar⁹ nō vult se humiliare et reformari huic ordinationi . Sed dicit . **E**go essem pauper si darem amore dei et restituerem . iniuste acquisita vel detenta . ego nō faciam . Ecce quō resistit ordinationi diuine . **I**deo auaricia radicata ē in monte libani . s̄ supbie . quia supbia est nō velle se humiliare ad faciendum voluntatē dei . **I**dē de luxuria . **I**am deus dedit regulā quō gentes debēt vti illo ope scz in matrimonio tm̄ . sed dicit luxuriosus quare etiam nō extra matrimoniū possum vti actu illo . Ecce quō nō vult subijci voluntati diuine . **I**deo luxuria est radicata in monte supbie . **I**dē de alijs peccatis . vnde initiū omnis peccati est supbia . **E**ccl̄i . x . sequit̄ . qui tenuerit illam implebit̄ maledictis . quia maledicti sunt a deo et subuertent euz in finē . **D**e isto sacro penitētie dicit̄ . vox dñi confringentis cedros peccatorū mortalit̄ q̄ tum ad culpas q̄ cōfessor absoluit di . **A**bsoluo et a peccatis tūc cōfringit cedros peccatorū nisi malicia pctōrū obstet . **E**t recordat̄ ap̄ls ad hēb . iij . di . **Q**uius est sermo dei et efficac̄ et penetrabilior om̄i gladio ancipiti ptingens vsq̄ ad diuisionem anime et spūs . **N**ull⁹ hō cum om̄ib⁹ gladijs mūdi posset scindere vnā cedrū peccati mortalis sed verbū dei scz absolutio sacramentalis . ego te absoluo a peccatis tuis . **Q**uinta est vox dñi incidētis flammā ignis . Ecce sacramentū matrimoni . **N**ota quō ex quo adam peccauit qlibz hz intus vnā bursam ignitā que dicit̄ cōcupiscibilitas vel mala inclinatio que est ignis luxurie . **I**ste ignis nō flāmescit quousq̄ homo fuerit pfectus et temptat̄ de luxuria . mirū quia aqua baptismi extinguit ignem inferni sed nō pōt extinguere ignem luxurie in homine . **S**tā fortis ignis nec vnq̄ extinctus fuit nisi in xp̄o et in beata virgine ito taliter . de quo dicit scriptura **J**ob . xxxj . **I**gnis ē vsq̄ ad pditionē deuorās et om̄ia eradicans germina . **N**ota eradicans om̄ia germina meritorū q̄ flāmescit . sed p sacm̄ matrimoni h flāma incidit̄ . **D**ic quō matrimoniū fit p vocem dñi . s̄ . p verba de p̄senti . **U**nde p matrimoniū incidit̄ flāma luxurie nō tm̄ extinguit̄ . **D**ic q̄re m̄rimonium dicit̄ sacramentū quia rēp̄sentat xp̄i incarnationem . **U**nde sicut diuinitas et humanitas in unitate p̄sone . sic etiam vir et vxor in vna carne coniungunt̄ . rē . **N**ota q̄ nō sunt iaz duo . sed vna caro scz in p̄creatione pl̄is . vñd̄ iste ignis potest facere flāmā int̄ virū et vxorē sine peccato seruādo debitas circūstantias et pditiones . et quilibet istorū potest dicē a flamma ignis nō sum estuat̄ . **E**ccl̄i . vlti . scz non curabo de alia muliere et nec ego de alio viro . **E**cce vox dñi incidētis flammā ignis . **S**exta vox est vox dñi cōcutientis desertum . **E**cce sacramentū ordinis . quia sic in de-

serto sunt bestie siluestres . sic in mundo sunt peccatores . sicut quādo scindūtur magne arbores in deserto cōmouentur desertum et facit magnū sonum in terra et in nemore . sic in ordinibus cōmouetur tota christianitas . ieiunando per tres dies quattuor temporum . ideo vt deus faciat illos quos assumit ad sacros ordines dignos . **D**ic q̄ sunt septem ordines . **P**rim⁹ ordo est hostiari⁹ et qui est in illo ordine debet custodire portas . **S**ecūdus lectoratus . qui ergo est in tali ordine debet legere lectiones in choro . **T**ertius est exorcistatus . constitutus in tali esse debet cōiurator demonū expellendo demones a corporibus . **Q**uartus ordo est acolitatus . debent ergo acoliti ponere candelas ante altare et portare . **E**t isti q̄ habent istos puos ordines p̄nt recipere vxores . **Q**uiorū ordines sunt scz subdiaconatus diaconatus et presbyteratus et in quolibet ordine tam de maioribus q̄ de minoribus datur character indelibilis . **E**t cōmouet dominus desertum cades scilicet sanctam christianitatem . quia illi qui nō sunt de christianitate nō possunt recipere ordines et qui ordinati sunt possunt dicere . vt sine timore de manu inimicorū nr̄orū liberati seruiamus illi in sanctitate et iusticia coram ip̄o om̄ibus dieb⁹ nostr̄i . **L**uc̄ . ij . **N**ota liberati . s̄ . de deserto mundi posuisti nos in orto ecclesie sancte tue . **I**deo dicit̄ . vox dñi cōcutientis desertum . **S**eptima vox ē vox dñi p̄parantis ceruos . **E**cce sacramētū extreme vnctionis quod p̄parat ceruos . **D**ic quō int̄ alia animalia plus saltat ceruus . rē . sic anima ab ore corp̄is saltat ad celum . anime autē dicunt̄ cerui . quia p̄parate sunt ad saltandum p vnctionē . **I**deo dicit̄ vox dñi preparātis ceruos . **I**sta vox ē forma hui⁹ sacramenti que procedit ab ore sacerdotis . sacerdotes vnctuendo infirmū dicunt vocem dñi . videlicet . per istam vnctionem et suam p̄ssimam misericordiam indulgeat tibi domin⁹ quicquid peccasti per visum vel alium sensum tangēdo partes rē . et que tangi honeste possunt om̄es alie partes includuntur in corpore . **C**um enī corpus vngitur peccata oblita vel alie inclinatioes peccatorum que poterāt salutem impedire remittuntur . **D**e hoc dauid dicit̄ **Q**ui perfecit pedes meos tanq̄ ceruorum et super excelsa statuens me . **P**s̄ . xvij . **N**ota qui perfecit per hoc sacramentum rē . sed hoc sacramētum non debet dari nisi in articulo mortis et nisi petatur . et ideo debet peti in comunione . et tunc potest dari . posito casu q̄ perdat intellectum vel etiam vsum om̄iū sensuum ex quo anima stat in corpore . **E**cce quare dicit̄ thema . **E**xtollens vocem quedam mulier de turba rē .

Feria secunda post dominicam tertiam quadragesime . Sermo .